

PARAPHRASIS IN EPISTOLAM
APOSTOLI PETRI PRIO-
REM PER ERASMV M
ROTHERODAMVM.



PETRVS ille quō-
dam discipulus &
conuictor, nūc lega-
tus & apostolus Ie-
su Christi, omnibus
qui sparsim habitāt
in minoris Asiæ re-
gionibus, Ponto, Ga-

latia, Cappadocia, eaq; parte, quæ est Ephe-
siorum, ac proprie sibi nomen Asiæ uindi-
cat, Bithyniaq; quos uel olim bellorū pro-
cellæ alios aliò dispulerunt, uel nuper eorū
seuicia, quibus Christi nomē erat inuisum,
patrys sedib⁹ exegit innoxios, atq; ideo nūc
extorres inter peregrinas nationes, uelut
exulant, exclusi quidem hominū metu à so-
lo natali, at non ideo semoti nec exules, aut

A 5 abdicati

